

nutur: Hoc quamvis verum sit in amore humano, aliter est in Divino, cuius ardenti flamma æstuan- tes quanto magis charitate servant...

QUESTIO IV.

Explicantur Civitates Phœnicia, Cyprus, & Antiochia; & agitur de Patriarchalibus Ecclesiis.

DE his civitatibus hic fit mentio, de quibus late multi Expositores, breviter tamen dicam. Phœnix, seu phœnicia, teste Plinio lib. 5. cap. 13. Strabone, Tacito, & aliis, Syria regio est...

Cyprus per illustres Insula inter Syria, Ciliciæque jacens littora, ob multam abundantiam, ac fertilitatem beatam appellarunt Authores profani...

Antiochia ejus nominis multa insignes civitates referuntur, & infra cap. 13. fit mentio de Antiochia, Pifido; ista, de qua in presenti, est Syria, & illius caput...

Prima patriarchalis sedes est romana, quam Dominus Petrus fundavit; & tenet summus Põtifex ejus successor, utpote universalis omnium fidelium pastor...

Tertia patriarchalis sedes est Antiochena, Præerat super omnibus Archiepiscopis, ac Episcopis

Orientis, eamque fundavit D. Petrus; nam cum idem apostolus post Christi passionem quinque fere annis in Judæa mansisset; quinto anno profectus in Syriam in Antiochia fixit per annos septem...

Post fere quingentos annos facta fuit quarta sedes Patriarchalis Hierosolymitana eo quod urbs, & regio illa fuerit Christi præsentia, verbo, miraculis, ac passione maxime illustrata...

Cap. 11. n. 22. Pervenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erant Hierosolymis super istis, & miserunt Barnabam usque ad Antiochiam.

Num. 23. Qui cum pervenisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino.

Num. 24. Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu Sancto, & fide & apposita est multa turba Domino.

Versiones.

CVM EXPOSITIONE II.

Verf. 22. Pervenit autem sermo. Syriacus: Pervenit hic rumor. Arabicus: Audita est fama. Ethiopicus: Auditus fuit hic rumor in domo Christianorum...

Verf. 23. Qui cum pervenisset, & vidisset gratiam Dei. Syriacus: Efferturque conspicitur. textus Gavisus est ex magna charitate ob profectum aliorum, sic dicebat Christus Dominus in Evangelio...

Hortabatur omnes. Syriacus: Efflagitabat ab eis ut in toto corde adhererent Deo. Arabicus: Hortatus est pro firmitate cordis sui, ut persisterent in fide Domini...

Verf. 34. Quia erat vir bonus; Optima morum compositione adornatus, quod maxime patet ex abedicatione omnium suarum facu tatium, quibus veditis omne pretium tulit ad pedes apostolorum...

plenus Spiritu Sancto, suis nempe donis, zelo, charitate, amore Dei & proximi, & fide, tam in Deum quàm fidelitate in adimplendo munere sibi commisso...

QUESTIO V.

Quare Apostoli audientes tantum credentium numerum augeri in Antiochia non venerunt ad illos, sed miserunt Barnabam?

ERANT Apostoli Hierosolymis, cum audient multiplicari numerum credentium in Antiochia, non veniunt ad illos ad magis augendam, & fovendam illam Christianam messem...

Secundo D. Chrysol. Miserunt Barnabam, ait: propter Judæos, ne improperarent ipsis conturbatam cum Gentibus. Judæi ægre, & dure ferebant, quod Apostoli haberent conversationem cum gentibus...

tertio Cajetanus ait: Recte etiam Cyprus prædicatoribus, Cyprus item prædicatorum adjunxerunt, scilicet apostoli, Barnabas, in Cypro natus, ut diximus eis mittitur ad prædicandam fidem...

Ait Moyses de Christo D. loquens Deut. 18. n. 15. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscipit tibi dominus Deus tuus ipsium audies...

Secundo dicitur: Duodecim nominibus calabantur tur singuli lapides nominibus singulis. Cum Sacerdos ingreditur Sacta Sanctorum fert secum nomina filiorum Israël insculpta in lapidibus...

Ait Regius Vates Psalm. 91. num. 11. Exaltabitur sicut unicornis cornu meum, & senectus mea in Psal. 91. Misericordia uberi. Chaldaus vertit: In oleo recenti frondenti oliva. Benedicitur Dei misericordias erga se exhibitas, sed fortitudine ei exhibita, & quod senectus ejus in tanta sit ubertate...

QUESTIO VI.

Quare D. Barnabas tam vehementer exhortabatur Antiochenos, ut in proposito cordis permanerent?

VERAM, & propriam virtutem Apostelus in eis quærebat, quæ est ex corde, & animo, nam quæ est in externa facie, & apparentia, ut Hipochritarum stultitia, ac fatuitas maxime displicet, & damnatur, utpote execrabilis...

De perseverantia vera, quæ est ex corde, & animo usque ad finem vitæ, quia ut ait D. August. de bono perseverantia, & Concil. Trident. sess. 6. Can. 16. Incassum quippe bonum agitur; si ante vita terminum deseratur, quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas venerit desiccat...

Inter cætera indumenta summi Sacerdotis quando ingrediebatur Sancta Sanctorum, ferebat in pectore rationale judicii & ait: Quadrangulum erit & duplex mensuram palmi habebit. Exod. 28. num. 16. Et subdit Textus. Pones in rationali duodecim lapides: Habebuntque nomina filiorum Israël: duodecim nominibus calabantur singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. Ibidem numero 21. In quo maxime duo notanda, primo quod dum ingreditur Sacerdos Sancta Sanctorum secum portat inscriptum in rationali quadrato: Veritas & doctrina. Ibidem numero 31. Cur non potius in figura Spherica, vel rotunda in typo totius orbis sed in quadro: Quadratum firmitatis notam importat, ideo Cælestem civitatem videt Joannes positam in quadro, ille enim retinet proprie, & exacte veritatem, & doctrinam Divinæ prudentiæ qui secum habet in corde firmitatem, ac perseverantiam, philo Hebræus lib. 3. de Moysæ sic ait, Id jubet Moyses: Pulchre subindicans oportere ratione tum natura, tum homini inconcussam esse, ac solidam.

Ait Regius Vates Psalm. 91. num. 11. Exaltabitur sicut unicornis cornu meum, & senectus mea in Psal. 91. Misericordia uberi. Chaldaus vertit: In oleo recenti frondenti oliva. Benedicitur Dei misericordias erga se exhibitas, sed fortitudine ei exhibita, & quod senectus ejus in tanta sit ubertate, tâquã nova frondenti oliva, & quid habet annofa

Debrâ vata malitia suos parvicios non audit.

D. Aug. Trident.

D. Hier. Perseverantia uque ad finem.

Exod. 28.

Constantes restant in se veritatem ad judicium dicitur vine prudentia.

Phild

Exod. 28.

Arnold. Constantes in agenda harent lo cum apud Deum.

Psal. 91.

senectus cum nova pullulante oliva : Maxime , & per omnem modum ei gratulandum erat ab eo quod ejus virtus in senectute, ac ultima vite periodo no...

Act. 11. n. 25. Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut quaereret Saulum, quem cum invenisset perduxit Antiochiam.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE II.

Verf. 25. Profectus est Barnabas Syriac, Exiit Tarsum ut requireret, & adduxit secum Tarsum...

Verf. 26. Et annum totum conversi sunt ibi. Graecus, ac Syriac. Congregati sunt ibi. Pagninus: egerunt cum ea congregatione...

Verf. 27. His autem diebus, quando Saulus, & Barnabas dicebant in Antiochia, qui juxta probabiliorem sententiam erat anno decimo a morte Christi...

44. Quae annos...

prophetia, & ut etiam apimpleretur, quod dictum est per Ioelem Prophetam cap 2. Prophetabant filii vestri.

QUAESTIO VII.

Quare D. Barnabas vocat ad se D. Paulum?

Im Ecclesia Antiochena tanta fidelium multitudinem esse agregata, tantumque Christiana floresceret disciplina, ut ibi primum Christi discipuli sint dicti, ac vocati Christiani, ut fidelium mensis magis augetur...

Scribit Iohannes in Apocalypf. c. 10. n. 1. se vidisse unum Angelum descendentem de Caelo, & Iris in capite ejus, & facies erat, ut Sol, Passim Angeli commemoratur in Apocalypf. & de nullo dicitur quo facies resplenderet...

Verf. 26. Et annum totum conversi sunt ibi. Graecus, ac Syriac. Congregati sunt ibi. Pagninus: egerunt cum ea congregatione...

44. Quae annos...

QUAESTIO

QUESTIO IX.

Quanta obligatio nomine immineat ex Christiani nomine?

QUESTIO III.

De exordio magni nominis Christiani, ac de ejus alta, & sublimi magnificentia.

Christiani dicuntur a Christo, sicut Platonicum a Platone, Aristotelici ab Aristotele, unde circa illud duo inquirenda veniunt in hac questione...

Gentiles vero irrisione, vel odio, aut ignorantia vocabant Christum Christum, & Christianos Christianos, seu Christianos, de quo meminit Tertullianus in apologetico cap. 4. & Lactan 4. Instic...

Et subdit Propheta ibidem num. 2. Et eris corona gloria in manu Domini pro copius ait; promittitur Ecclesiae, quod hoc nomine christiani tamquam glorioso diademate coronatur...

Aureus ad populum israeliticum Isaie 62. numero secundo. Vocavit nomine tuo, meus es tu. Leo a Castro ex Hebraeo sic legit: Vocavi te nomine tuo, quod est meus es tu, ac si illius nomen esset...

Paulus 1. Corinth. 1. n. 2. 4. appellat Christum Dei virtutem, & sapientiam. Ecce quibus Christiani in omnibus debet respondere. Praclare monet D. Nislenus orat de perfet. Christiani in quantum debet Christianus nomini respondere, & ait: Quare ille, qui nomen habet a Christo virtus & sapientia est...

Omnes Christianos, ac fideles, ut comestationes ebrietates, ac carnis opera abiciant, monet Paulus Rom. 3. n. 14. & subdit. Induimini Dominum Jesum Christum. Quomodo induendus est a nobis Jesu Christus, vestes sumimus, ut illis undique tegamur...

Qui autem Christianus dicitur, & opera Christiani non facit, magnam irreverentiam, ac blasphemiam congertit in Christum, a quo nomen Christiani suam origine ducit D. Cyrill. Hierosolym. Catech. 10. ait. Christianus vocatus es. parce huic nomini, ne propter te blasphemetur Dominus noster Jesus Christus. Filius Dei, sed luceant opera tua bona...